

1501. 15. Septembris. Litua

Ex Ms: Arch: Stan: Aug: Regis
Collectionis Dogelij.

Articuli et Inscriptiones factae inter
Regnum Poloniae et Magnum Duca-
tum Lithuaniae in Conventione Gene-
rali Piotrkowiensi dum videlicet Praela-
ti et Barones utriusq; Dominij post
mortem Johannis Alberti Regis ad Ele-
ctionem convenerant, quae Conventio
celebrata fuit pro Festo Exaltationis S^e
Crucis. Anno Dni 1501.

77

Quamvis Veteres fuerint Inscriptiones Amicitiae et Fœdera au-
gmentum et conditionem meliorem promoventia Reipublicae u-
triusq; Dominij, tamen cum aliquod videretur in eis contineri ab o-
ptima et sincera fraternitatis fiducia discrepans, idcirco Nos veteres
Confederationes immovari et moderare decernimus sub Articulis in-
frascriptis.

Primum: quod Regnum Poloniae et Magnus Ducatus Lithua-
niae uniantur et conglutinentur in unum et indivisum ac indifferens
corpus, ut sit una mens, unus populus, una Fraternitas, et commu-
nia consilia, eidemq; Corpori perpetuo unum Caput, unus Rex, unusq;
Dominus in loco et tempore assignatis per presentes, et ad electio-
nem convenientes votis communibus eligatur, quodq; absentium ob-
stantia electis non impediatur, et Decretum electionis in Regno sem-
per sit juxta consuetudines circa illud ex antiquo servatas

Item quilibet Episcopali, Palatinali, Castellamaliq; Dignita-
te in ipso Ducatu insignitus juxta locum suum assignatum in e-
ligendo perpetuis temporibus vocabit et consulat, modo et ordine quo
Consulent Consiliarij Regni

Item quia corpus quodlibet salubribus remediis conserva-
tur, et contrariis rebus prosternitur, sic tam in adversis quam in
prosperis rebus utrobique communi consilio ordinanda sunt, et com-
muni similiter auxilio exercenda revelandaq; omnia circa corpus et
in

in corpore ipso contingentia.

Item si in omnibus adversitatibus et auxiliis invicem nos juvare debemus totis viribus et facultatibus prout communi consilio expedire videbitur prospera et adversa tanquam communia reputantes.

Item Moneta uniformis, et equalis ponderis, utrobique sicut cetera omnia communi consilio et assensu utriusque Domini instituentur, nisi quod sit moneta in Magno Ducatu Lithuanie sub armis Ducalibus ex antiquo consuetis.

Item quaecumque Fœdera etiam Juramentis firmata antea cum quibuscumque inita tam diu observanda sunt, quam diu contra jura et commoditates Regni nil excedere videbuntur.

Item quilibet denuo in Consiliarium vel Dignitarium tam Spiritualem quam Secularem promotus teneatur jurare Regi, Regno et Magno Ducatui fidem, ac mutuarum Inscriptionum observationem.

Item quicumque Capitaneatum vel Castrum in administrationem à Domino receperit, ille teneatur recipiens jurare Regi scilicet, quod illo nemini cedet, nisi Regi legitime electo et coronato.

Item ut omnia quaecumque nunc pacta fuerint et conclusa, perpetuis temporibus firmiter et inviolabiliter observentur, Juramentis et Inscriptionibus firmentur, per singulos Consiliarios illius Ducatus, atque Barones, et ex Nobilitate præcipuos, illudque Juramentum ab illis requisitum fiat, quoties expedierit.

Item qui etatem discretionis attigerint, si nomine Consiliariorum Regni pro Juramento admoniti fuerint, illud præstare teneantur.

Item Domini Oratores et Consiliarii hic presentes suo et aliorum nomine jurabunt, et vigore promittent seque obligent omnia pacta servare sub fide et honore, et dabunt Inscriptiones appensis Sigillis ad presentia pacta, que sub tempore per Universos Prelatos, Barones, Nobiles et Bojaros Lithuanie firmabuntur literis,

sigillis

sigillis et Juramentis, cavendo suo et vigore mandati Universorum
Dominorum Prelatorum, et Baronum Lithvanie nomine, Quia Il:
lustrissimus Princeps Dominus Magnus Dux de ratha, grata ha:
bebit omnia hic ordinata, jurata, inscripta et promissa.

Item ut una pars alteri sit consilio et auxilio, quod Regia
Majestas Jura et Libertates utriusq; Dominij illas conservaret.

Item omnia Jura, Judicia, Consuetudines, Prærogativas et
Libertates, Constitutiones, Constitutionesq; Judiciarias ab olim in
hactenus servatas utriusq; Dominij salva, et salvas conservando.

Item ut circa omnia Juramenta fienda tam Consiliariorum
modernorum, quam futurorum etiam Capitaneorum, atq; horum qui
ex Nobilitate ad paranda Juramenta venient, præmissorum obser:
vatio firmetur fide et honore.

Item sit expressum, inscriptum, et Juramento firmatum, quod
non queratur ullo tempore occasio adversandi, et contraveniendi præ:
sentibus pactis, neq; dismembrandi istius Inchyti Unius Corporis
presentibus uniti, compacti, et conglutinati.

Item ista Inscriptiones tam graves factæ cum Incolis Re:
gni Polonia propter multas causas, primo sub eodem Anno ut
supra Dux Moskovia fere duas partes Dominij Ducatus Lith:
vanie sue tuitioni subiecit, ita quod in tertia parte hujus Do:
minij Magnus Dux non potuit contentari, nec tanta Potentia
ejus potuit contradicere.

Secundo quod Alexander Magnus Dux Lithvanie
convenit duodecim millia Stipendariorum tam Equitum, -
quam Peditum, quos construxit ad bellandum contra Moskovi:
tam, quibus Stipendariis in multis centenis millibus fuit obliga:
tus pro eorum Servitiis, quibus ex suo Dominio satisfacere non
valuit.

Item tertia Causa fuit ista, quod Imperatorem Sawol:
ski cum multis millibus hominum ex suo Dominio contra Mo:
skovitam eduxit, quem etiam suis sumptibus contentare non po:
tuit

tuit, ob istas legitimas facta sunt ista graves Inscriptiones, ut Alexander Magnus Dux Lithuanie est Rex Poloniae.

Ta Kopia przepisana iest z Kopy legalizowanej w następujący sposób = Presentem Copiam cum Actis concordari fide publica attestor Varaviae d. 12 Ianuarij Anno Dñi 1768. Ignatius Ludovicus Nowicki Metrice Regni Praefectus =

Zamadzam. Adam Muraszewski B. W.
Var. 1781 d. 3 gni. Pisan. W. W. X. L. u.

Ad Ioumni Anni 1500.